

funt, quia ex tacita coniectura hec renuntiatio vide- tur facta contemplatione & favore filiorum nascen- dorum, argum. l. cum acutissimi, C. de fideic. & in l. cum a- uis, ff. de condit. & demonst. cum similib. vnde eis non natis, renuntiatio nullum habet effectum, & per con- sequens patre vel matre decedente ab intestato, vel cum testamento, filius, vel filia, que renuntiavit, ad- mittitur, licet sit præteritus vel præterita, & extra- rineus institutus, & ita in terminis tenet Ant. Gomez in d. l. 22. nu. 12.

3 Quod si ipse sobintelligo, præterquam si filijs non existentibus adfuit tamen nepotes, vel ex filio præ- mortuo, quia cum tunc cesset ratio præd. quia natus est filius, licet sit mortuus in cuius locum subintravit nepos, existimo quidem hoc casu admittendam esse renuntiationem & renuntiantem minime admitti ad hereditatem, neq; ab intestato, neq; contra testa- mentum per nostram text. & quia nepotes appella- tione liberorum continentur, vt sunt iura vulgaria, & quia cessat ratio supra allegata.

4 Secundo si sobintelligitur præd. opinio vlt. Anton. Gom. præterquam si constaret aperte, renuntiatione minime factam fuisse contemplatione nec favore na- scendorum filiorum tantum, vtputa, quia renuntians dixit: si non nascantur liberi, possit pater vel mater sua bona relinquere venientibus ab intestato, vel enili- bet extraneo, quia tunc nullo modo renuntians po- terit succedere secund. Ant. Gom. d. n. 12. cum Colle- ctario, quem refert in c. si. col. si. n. 34. de donat.

5 Et Ant. f. Gom. d. n. 12. ponit bonam declarationem in materia plures Doctores allegans & bene probas, scilicet, quod filius, vel filia in casu huius text. non ob- stante sua renuntiatione, etiam si expresse renuntia- verit iuri petendi alimenta, poterit nihilominus ea petere, si indigeat & non habeat alibi, vnde se alit. Tu quia prædicta renuntiatio est contra ius naturale, quo tenetur pater alere filium egentem, vt sunt iura vulga- ria, à qua obligatione non liberatur parens, vel filius respectu parentis, etiam si iurauerit alimenta non ex- hibere, vt in c. cum quidam, §. illi vero de iureiur. Tum etiam quia est contra text. in l. necare, ff. de lib. agnoscen. & iuramentum hoc casu daret occasionem delin- quendi, & esset contra bonos mores, vnde non est ob- ligatorium nec seruandum, & hæc opinio vera mi- hi videtur & tenenda in iudicando & consulendo.

6 Secundo ex his verbis nostri text. & ex verbis præ- cedentibus, scil. nullum ad bona paterna regressum haberet, probatur, quod filia hæc vel filius renuncias excluditur etiã à legitima, que sibi alias, si non renun- tiasset, debebatur in bonis parentis, quib. renuntia- uit, alias .n. parum aut nihil operaretur renuntiatio, atq; ita hanc opinionem plurib. Doctores pro ea allegatis testatur vtiorem & communem Cou. hic in 3 par. §. 3. n. 3. licet referat contrariam opinionem esse: etiam communem, & plures eam sequutos fuisse, sed eius fundamentis ipse respondet, & quia ipse ibi re- fert & resoluit quæ opinio sit tenenda, ideo omitto. Solum aduerto, quod ad tollendum omne dubium renuntiatio fiat expresse, etiam de legitima & qua- cunque alia hereditate & successione.

7 Oportet tunc, visis his ampliacionibus, aliquibus modis limitare nostri text. decisionem. Et primo li- mitanda erit & intelligenda respectu bonorum ip- sius, quibus renuntiauit, secus vero erit respectu bo- nor. fratris, etiam si frater ipse hereditatem eisdem- mer patris adierit & eius bona habuerit, quia hoc ca- su filia minime prohibebitur succedere in illis bonis quantumcumq; fuerint prius parentis, quib. renun- tiatum est per filium, vel filiam, imo poterit in eis succedere sequentibus fundamentis.

Primo, quia si hereditas patris vel matris, postquam est adita per alium filium, vel descendentem, amplius non dicitur hereditas patris, vel matris defuncte, sed efficitur proprium patrimonium heredis, text. est me- lior de iure in §. 1. Inst. de hered. qualit. & differ. in illis verbis, vt si creditor satis non fiat, potius eius heredis bo- na, quam ipsius testat. à credit. possideantur, idem etiam probant text. in l. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupil. & in l. eius, qui in provincia, §. ff. si cert. pet. cum similib. & tenet gloss. magistra ordinata in l. 1. §. veteres, verb. per. unum reliquorum, in vers. at post aditam, ff. de acqu. poss. quam sequitur Bart in Rubr. n. 1 ff. de acqu. he- red. & est communiter approbata gloss. illa secundum Iaf. ibid. n. 18. & pater ex eodem in d. rub. n. 6. quam opi- nionem plura iura allegans testatur communem Seg- ur. in l. cohered. §. cum filie, n. 14. ff. de vulg. & pupil. di- cit etiam communem bona iura allegans Ant. Gom. in l. 45. Taur. n. 154. & est similis gl. in l. penult. verb. he- reditatis ff. si cert. pet. & ibi Iaf. in §. si. num. 8. plures gl. & Dd. allegat, inferens ex hoc ad quatuor optimas de- cisiones ad ornatum & practicum d. gl. & communis opinionis, quarum vna est nostra opinio suprad. scil. quod filia non prohibeatur fratri succedere, licet he- reditari paternæ renuntiauerit cum iuramento, & est alia gl. similis in l. heres per seruum, gl. ff. de acqu. hered. & communis opinio secund. Ant. Gom. in d. l. 22. Taur. nu. 14. Secundo hæc opinio & limitatio ad nostrum text. probatur optime in l. qui Titij testamentum, ff. de his quib. et indign. vbi dicitur, quod licet ille, qui accusat testamentum alicuius testatoris de falso & succubuit non possit ei succedere, non tamen prohibetur suc- cedere heredi eius, vel alteri, ad quem bona testato- ris superuenerunt, quia alia bona sunt iam post adi- tionem. Tertio hæc opinio probatur in l. iubeamus, C. ad Velle. vbi regula optima nobis traditur. scil. Quod omnis renuntiatio restringitur ad contractum, per- sonã & causam, super qua interponitur, & non exten- ditur ad alia: Ergo ita & eodem modo dicendū est in nostro casu, quod renuntiatio quantumcūq; iurata, de non succedendo patri vel matri, non extendatur ad fratris hereditatem & bona. Quarto facit bonus tex. in l. si. in princ. ff. de leg. 3. vbi filius exheredatus a patre non prohibetur succedere fratri heredi eiusdem pa- tris, etiam in bonis patris, quia non dicitur succedere patri, sed fratri, immediate: Ideo legata relicta ab exheredati substituto, hoc casu non debentur, quia non ex persona patris substituentis commodum ha- bet, sed ex altero ipsius filio fratre pupilli. Sed potest alijs plurib. iuribus comprobari hæc opinio, sed su- prad. sunt expressiora ex his, quæ adduci solent. Et ita inuenio, quod in expresse hanc opinionem & limita- tionem nostram text. tenet Bald. in l. n. 4. ff. de rerum diuis. quem sequitur Dec. in pluribus locis, & alij plures Dd. relati per Ant. Gom. in d. l. 22. Taur. nu. 14. qui eos sequitur, ex cuius resolutione satis constat, esse hanc communem opinionem, quam etiam aliqui- bus relatis, testatur communem, hic Cou. in 3. par. §. 3. n. 2. & sequitur eandem opin. plures referens Tiraq. de vtrog. retractu. 1. par. §. 1. gl. 9. nu. 44. & Matthæus de Afflict. dec. Necap. 178. n. 4.

Quæ quidem communis opinio non solum pro- cedit, quoties frater, cui filia renuncias succedit, adi- uit hereditatem patris, sed etiam si decedat ante eam aditam: Nam tunc etiã poterit soror vtramq; heredi- tatem adire & consequi hereditate fratris ex propria persona tanquam ipsius heres, hereditate vero patris ex persona fratris defuncti ratione iuris aduendi, qd repetit in eius hereditate transmissū, vel ex potentia iuratis, vel ex capite iuris deliberandi, ita tenet Arer. cons. 161. nu. 3. col. 3. & Decius consil. 266. n. 3. & Lauren. Calca-

Calcaeus consil. col. 1. & Anton. Gomez & Couar. vbi supra.

10 Notabilis tamen erit cautela, si vis, quod renun- tiatio vtrumque comprehendat, ita quod filius vel filia renuntians excludatur ab hereditate fratris, quod renuntiatio cum iuramento fiat, non tantum hereditatis paternæ & maternæ, sed etiam fraternæ, quia hoc casu, cum vtrumque expresse renuntiatio comprehendat, non poterit is, qui renuntiauit, fra- tri succedere, ita tenet Iaf. in l. eius qui in provincia, §. quod si stipulatus, n. 11. ff. si cert. petat.

11 Secunda t principalis limitatio ad nostrum text. est, quotiescunque pater ipse, cuius hereditati & successi- onis filia renuntiauit cum iuramento, aliquid reli- quit in testamento ipsi filiæ, vel iure legati, vel insti- tutionis, quia optimo iure poterit filia hæc relictum consequi, non obstante contradictione fratrum, quia pater, in cuius fauorem facta fuit renuntiatio, potest hanc libertatem sibi datam tacite vel expresse renun- tiare, & in expresse ita tenet Bald. in l. pactum dotali, nu. 3. C. de collat. & ibi Dec. in 6. Guilielm. Benedict. in cap. Raynarius, verb. duas habens filias, n. 266. de testam. & est communis secundum Roder. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, in §. limit. nu. 7. in princ. C. de inoffic. testam. & hanc opinionem tenet plures allegans Ant. Gom. in l. 22. Taur. nu. 10. col. 6. 7. 8. & 9. vbi latissime fundat & probat hanc opinionem, eam ampliand. duobus vel tribus modis, sequitur etiam idem Ant. Gom. in l. 24. Taur. n. 8. vbi agit, an tunc teneatur conferre. Eandem quoque sententiam alios allegans tenet Math. de Afflict. dec. Neapol. 350. n. 1. qui n. 1. & seqq. addit idem esse, si per contractum inter viuos sibi aliquid done- tur, & est magis communis hæc opinio secundum Couar. in presenti, 3. part. in princ. nu. 8. qui supradictos non allegat: est etiam communis, vt plures allegans testatur Tellus Fernand. in l. 6. Taur. n. 40. & nouissi- me post huius operis primam editionem idem facit D. Molin lib. 3. de Hispan. primog. cap. 3. n. 6.

12 Quod si procedit eadem ratione, etiam si filia renun- tiat iurati successioni ex testamento, secundū Bald. in l. si. n. 15. C. de pact. & Roman. in d. pactum dotali, nu. 6. in si. & Iaf. in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 9. ff. de verb. oblig. & Roderic. Suar. & Math. de Afflict. vbi supra, licet ipse Afflict. velit tenere contrarium. Hanc tes- tatur communem opinionem Fernandez vbi supra, nu. 14. communem plures allegans testatur Ludouic. Mexia in l. Regia Toleti, de los terminos in 7. fundament. 2. part. n. 55. sequitur alios allegans D. Molin. vbi supra, d. n. 6.

13 Procedit t etiam, si renuntiatio fuerit facta fauore fratrum patre consentiente secundum Roder. Suar. & Couar. vbi supra, qui alios allegat: vbi agit, an idē sit, quotiescunque filia pactum & renuntiationem hanc iurata fecit cum ipsis fratribus consentiente patre, sed & sunt aliæ ampliaciones ad hanc limita- tionem, quas refert Ant. Gom. in d. l. 22. Taur. n. 10. col. penult. & si. qui est omnino videndus in materia.

14 Tertio, post text. in hoc cap. quamvis pactum, limita- tur, quando filius vel filia renuntiauit cum iura- mento successioni patris vel matris, eo casu, quo ta- lis pater vel mater habeat alios filios vel filias, & postea viuo patre vel matre decedant, quia tunc filia vel filius, qui renuntiauit, postea libere succedere ab intestato habet in contra testamentum, quia talis renun- tiatio habet in te tacitam conditionem si filij superui- uant, ita tenet Bald. in d. l. pactum, col. 2. n. 3. C. de collat. & ibi ceteri Dd. & est communis opinio secundum Ant. Gom. 2. tom. var. cap. 5. de subit. fideicommiss. n. 2. vers. ter- tio confirmatur, vbi hanc opinionem probat argumen- to optimi text. in l. 3. de inoffic. testam. eandem opinio-

nem communem testatur Couar. in presenti, in 3. par. §. 3. n. 4. qui est omnino videndus per totum nu. 4. quia facit in hac materia nouem conclusiones. Eandem quoque sententiam plurimos allegans sequitur & tes- tatur comunem Tellus Fernandez in 1. Tauri n. 44. vbi inquit, neminem in hoc dubitare, quando ex- presse renuntiatio fit propter fratres, & n. 45. inquit, pluribus Doctores allegatis idem esse, quando in fauorem patris fieret renuntiatio nulla facta mentio- ne de fratrib. vel sororibus, quia intelligitur & præ- sumitur, eorum earumque fauore factam fuisse, præ- terquam si de efficaciore præsumptione vel proba- tione constaret, renuntiationem non fuisse facta fra- trum contemplatione, sed tantum patris, quia tunc, etiam si fratres mortui sint, filia, que renuntiauit, non succederet ab intestato, neque contra testamentum, & ibi etiam latissime agit, quid sit, quando filia que renuntiauit, ingressa fuit religionem, & alij fratres & sorores moriuntur in vita patris, videndus est omni- no super hoc, quia refert duos Regnicolas cōtrarios in hoc, & ipse ponit suam opinionem inter eos, & supradictam tertiam limitationem testatur commu- nem plures allegans D. Molin. vbi supra, n. 48. vbi li- mitat in primogenijs ex consensu seu renuntiatio- ne ceterorum filiorum institutis.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum, quod vergit in dispendium salutis æternæ, non est seruandum.

2 Vm t non vergit in æterna salutis dispendium. Nam si vergeret, minime esset seruandum, vt pro- bant iura hic allegata in gloss. verbo, dispendium.

S V M M A R I A.

- 1 Renuntiatio, de qua in hoc text. valet etiam si alijs nocet secundario.
- 2 Renuntians si decedat viuo patre vel matre, cuius hereditati renuntiauit cum iuramento, eius filij vel nepotes poterunt & debent ad successionem aeorum & proa- uorum admitti, non obstante prædicta renuntiatione.
- 3 An id procedat, si filia recepsisset dotem, & cum ea vocaret se contentans?
- 4 Renuntiatio, de qua in hoc text. decedente renuntiante per mortem eius, cuius hereditati renuntiauit, nocet filijs renuntiantis.
- 5 Hoc limitatur, quando non adfunt alij descendentes, qui succedant ei, cui hereditati renuntiauit, etiam si ad- sint collaterales, quia tunc filij renuntiantis admittun- tur & succedunt, non obstante prædicta renuntiatione.
- 6 Renuntiatio, de qua in hoc text. facta ab eo, qui super- uixit ei, cuius hereditati renuntiauit, non inualida- tur natiuitate filiorum renuntiantis.

Nec redundet in alterius detrimentū. Gloss. si. hic in- tel. igit de principalidetrimento, quasi velit di- cere, quod principalis persona, cui poterat præjudi- cari ex ipsa renuntiatione, erat ipsa renuntians, sed ipsa id potest facere, hoc est, renuntiare: Ergo seruand. da est renuntiatio ipsius iurata, tam hac ratione, quã præcedentibus, quod non vi nec dolo præstitum sic iuramentum, & quod possit seruari absque interitu vel salutis æternæ: Vnde infert gl. quod secundario bene possit præjudicari ex hac renuntiatione filijs renuntiantis, vel viro, vel venientibus ab intestato vel similibus personis, quibus pro constari habet, gl. no- ceri per prædictam renuntiationem, quasi dicat, non attē- ditur in hoc text. quod secundario his personis dantū & præjudicium fiat. Articulus hic maxima disputa- PPP 4

tione egeret & distinctione, nisi per nostros Hispanos id factum esset: Ideo ne alienis laboribus membranas adimpleam, resolutive & remissive in hoc articulo me habeo, & ideo animaduertendum est, duos præcipuos casus in proposito considerari posse.

1 Primus si renuntians decedat vivo patre vel matre, cuius hereditati renuntiavit cum iuramento, quia tunc eius filij, vel nepotes poterunt & debent ad successorem auctorem & proavorem admitti non obstante renuntiatione prædicta jurata, quæ tantum effectum sortiri intelligebatur, si ad renuntiantem hereditas delata fuisset, quæ cum non fuisset sibi delata, reperitur alia persona, cui principaliter sit præjudicium in dicta renuntiatione, hoc est, filius, vel filij renuntiantis, quibus defertur nunc hereditas: Unde in ipsorum præjudicium valere non debet dicta renuntiatione, per nostrum tex. in his verbis supra relatis, quæ nunc declaramus, & ita hæc est communis opinio, ut plures allegans testatur Couar. hic in 2. part. §. 2. n. 4. & §. 3. n. 6. & Roder. Suar. in repetit. l. quoniam in prioribus, 4. limit. leg. Reg. n. 5. C. de officio testam. & Ant. Gom. in l. 2. Taur. nu. 10. hanc testatur communem plures allegans Rol. à Valle conf. 11. n. 1. & seqq. præcipue n. 4. lib. 1.

2 Vbi §. 7. ampliat, etiam si filia recepisset dotem, & cum ea vocaret se contentam, & dicit hanc opinionem esse communem & tenendam in practica in iudicando & consulendo, dum tamen nepotes conferrant dictam dotem receptam per matrem. Licet plures alij Dd. teneant contra supradictam communem ampliationem, quam ibi assignat, quos ibi ipse nu. 3. refert, eandem etiam ampliat. Hujus primi casus sequitur & testatur communem plures referens Tellus Fernand. ubi supra, n. 61. licet Ant. Gom. ubi supra, teneat & fundet latissime contra hunc primum casum, imo quod hoc casu noceat etiam renuntiatione filij renuntiantis, & dicat hanc secundam opinionem esse communem, allegans plures, qui eam sequuntur, & quod ipse eam teneret in iudicando & consulendo. Sed meo iudicio verior & communior est prima opinio supradicta per nostrum tex. & per cetera fundamenta adducta per Dd. ubi supra, quam limitant aliquibus modis Roder. Suar. & Ant. Gom. ubi supra, licet non veris, videndi sunt omnino, eandem etiam dicunt communem Tellus Fernand. in d. l. 6. Taur. n. 61. & Baeca in tract. quem fecit de non melior. var. dot. filiab. cap. 7. n. 11. fol. 74. & novissime D. Molin. d. lib. 1. Hispan. primogen. cap. 3. n. 47.

3 Secundus si casus principalis est, quando filius, vel filia renuntians cum iuramento decedat post mortem patris vel matris cuius hereditati renuntiavit, itaque ei superuixit: quo casu nostra gl. procedit & est vera & communiter approbata, ut testantur Dd. omnes Hispani, ubi supra, & Rol. à Valle d. conf. 11. num. 8. & seqq. & idem Roder. Suar. in dist. l. quoniam in prioribus, in 10. ampliat. num. 62. latius in d. 4. limit. nu. 9. & 10.

Hic §. secundus casus limitatur per Dd. quando non essent alij descendentes, qui succedant ei, cuius hereditati renuntiatum est cum iuramento, quorum favore emissa præsumitur enuntiatio, quia tunc, etiam si adsint collaterales & alij consanguinei, non obstante renuntiatione prædicta, etiam si renuntians superuixerit ei, cuius hereditati renuntiavit, non excluduntur eius filij vel nepotes, sed admittuntur ad hereditatem aui vel proavi, ut tradunt Ant. Gom. & Roder. Suar. ubi supra, 10. ampliat. n. 62. & in d. l. 4. limit. n. 9. & 10. qui id bene probant, & Dd. id tenentes allegant, & latissime etiam idem sequitur Rol. à Valle d. conf. 11. n. 12. & seqq. ubi sublimitat plures allegans, quando filia renuntians aliquid recepit pro dote & parte sua, quia tunc nepos excluditur non vi renuntiationis, sed successione, & hoc quando filia aliquid accepit pro satisfactione suæ partis, secus si accepit, ut nullo modo succederet & repudiaret.

Ampliat §. hic secundus casus à fortiori in filijs postea natis, quia si renuntiatio prædicta jurata, de qua in hoc text. nocet filijs renuntiantis & ceteris similibus personis, quando renuntians superuixit, ei cuius hereditati renuntiavit, ut supradictum & conclusum est eum communi opinione, multo melius non inuadit dicitur dicta renuntiatio in hoc casu, natiuitate filiorum post dictam renuntiationem: quia facilius quid impeditur à principio, quam ex post facto tollitur, ut sunt iura vulgaria, & in expresso hanc opinionem tenet plures Dd. allegans Couar. in presenti, in 3. part. §. 3. nu. 8. ad quem est aduertendum, dum allegat Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione largitur, n. 151. quod in meo libro est nu. 180. & seqq. & ultra eum latissime idem tenet Ripa in repe. d. l. si unquam, in 11. quest. nu. 21. & 22. licet idem Couar. contrarium, & non bene meo iudicio existimauerit in cap. Reynaldus, §. 2. nu. 4. de testam. Et cum his omnibus remanet bene expedita materia huius cap. quomodo pactum, saltem resolutive sunt examinatae præcipue quæstiones huius capituli, quia sicut in principio huius repetitionis diximus, hæc fuit nostra intentio, non vero totam ipsius text. materiam perlegere, cum id perfectissime fecerit Couar. sed supradicta tantum libuit tractare & examinare, licet nonnulla eorum etiam tractauerit Couar. tum, quia noster casus propositus id exigebat, scilicet, in quo iuramentum confirmat actum alias inualidum, & iure ciuili reprobatur, & materia quotidiana etiam poscebat, tum etiam, quia post Couar. alij etiam scripserunt, & breuius nos diximus. Ceteros vero casus, in quibus iuramentum confirmat actum alias inualidum roburque præstat ei, prosequemur late alijs commentarijs edendis volente Deo. Interim habetis duos potissimos casus, primum in dist. authent. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. quam supra repetimus, secundum in hoc presenti cap. quamvis pactum, de pact. in 6. in quo etiam breuem repetitionem constituimus.

Laus Deo Optimo Maximo.

DN



D. IOANNIS
GUTIERREZ IVRISCONSULTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIE
CIVITATENSIS.

Allegationes siue Consilia & Informationes Juris:

Allegatio I.

Hæc allegatio est in fauorem Bartholomæi de Frias, qui fecit contentum de pretio officij Rectoriæ huius ciuitatis Placentiæ testamentariæ patris sui defuncti, qui in suo testamento iussit prædicto filio suo dari hoc officium, soluendo pro eo certam quantitatem, vel dando contentum ad voluntatem suorum testamentariorum infra sex menses ad soluenda debita sua, prout latius continetur in clausula testamenti dicti patris infra posita. Qui quidem Bartholomæus soluit & dedit contentum dicti pretij ad voluntatem matris suæ testamentariæ in solidum sui mariti, & postea conuetus fuit dictus Bartholomæus ab hæredibus patris dicentibus, dictum Bartholomæum non soluisse realiter dictum pretium, neque soluta fuisse debita dicti defuncti, & petebat dictum Bartholomæum condemnandum ad renunciandum dictum officium (quod sibi datum fuit ex eo, quod prædictum contentum dedit) ut venderetur & pretio ipsius soluerentur debita defuncti.

SVM MARIA.

- 1 Clausula testamenti Didaci de Frias.
- 2 Emens à testamento habent mandatum à testatore ad vendendum, an sit securus, licet pretium, quod dedit, non conuertatur in debita & legata defuncti, sed in rem propriam exsequutoris vendentis, & an ipse exsequutor teneatur.
- 3 Exsequutoris testamenti venditio quando tractare possit, & quando non?
- 4 Emptor pignoris dati cum facultate vendendi, an sit securus, venditione facta dolo creditoris vendentis?
- 5 Exsequutoris venditio non bona fide facta an sit retrahenda?
- 6 Emptor rerum minoris, qui soluit pretium tutori vel curatori minoris, an sit securus in emptione sua, si pretium non soluat creditor minoris? & numeris sequentibus.
- 7 Emptoris non spectat ad sollicitudinem, in casu authent.

hoc jus porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. quod pretium soluatur creditoribus Ecclesie.

9 Emens à debitore rem obligatam cum consensu creditore, licet debitor pretium non soluat creditori, est securus.

10 L. 62. tit. 18. part. 3.

11 Mutuus non debet esse sollicitus, in quam causam conuertatur pecunia mutuata, sed quod causa afferatur per procuratorem recipientem.

12 Emens ab herede, ut sit securus, quid debeat facere & procurare.

13 L. 60. tit. 18. part. 3. bene intellecta.

14 Testamentarius de iure non potest habere fidem de pretio.

15 Limitatur, quando testator voluit contrarium.

16 Unumquodque verbum, etiam minimum, non debet esse sine virtute aliquid operandi.

17 Verbum, voluerit, simpliciter & de per se prolatum, denotat liberam & absolutam voluntatem.

18 Verbi huius, voluerit, natura est, ut possit quis facere voluntatem suam, etiam inique.

19 Verba hæc, facias ad voluntatem tuam, referuntur ad absolutam voluntatem, non vero ad arbitrium boni viri.

20 Commissarius cui fuit concessa facultas contrahendi per verba significantia liberam voluntatem, omnia potest facere duobus exceptis.

21 Testamentarius vnus ex pluribus in solidum constitutus, potest ipse solus, quia acceptauit, omnia sibi commissum facere.

22 Vbiunque tractatur de damno euitando, omne verbum, etiam quod inducit liberam voluntatem, debet reduci ad arbitrium boni viri.

23 Offensus cuius arbitrio submisit se offendens, si excedat modum, reducit eius arbitrium ad arbitrium boni viri.

24 Arbitri, licet in compromisso dictum sit, quod possint facere ad libitum voluntatis suæ, & tollere de iure vnus partis, & dare alteri, si immoderate iudicent, eorum arbitrium reducit ad arbitrium boni viri, & que sit ratio?

25 Desiderium & voluntas testatoris, ut filius suus maior habeat officium Rectoriæ, demonstratur ex clausula testamenti.

26 Inferior non potest alteri tollere indultum & concessionem super Principem factam.

27 Papa si prouidit alicui de beneficio, quamvis prouisio sit nulla ex aliquo defectu, tamen illud beneficium remanet.